

## De saluatione catholice fidei

quoz p̄sor tio nos eripiat m̄ia saluatoris no-  
stri iesu christi in p̄senti infundēdo lumino-  
sam gratiā: z in futuro amorosam gloriā: q̄  
cum patre z sp̄s̄sancto cruciatus est impiorū  
et p̄miator beatorū p̄ infinita secula seculorū.

**Feria. vi. post sc̄dam d̄nicaz i  
q̄dragesima demonstrat q̄ ex  
tra vnicam z catholicā fides ne-  
mo saluatur. Sermo. xxij.**

### Milos male per-

**m** det. **Abat. xxj. z in euāgelio ho-  
dierno. Triplex p̄t distingui si-  
des. sc̄d̄ errornea mortua z viua.**

**Prima in q̄ est errornea z hec est oium illozū  
qui sunt extra sinū sancte rhomane ecclesie:  
sicut sunt oēs saraceni culuscūq̄ secte reptā-  
tur. In sup̄ oēs heretici atq̄ schismatici. Et d̄  
oibus sup̄dictis p̄pheta ait. Errauerūt i so-  
litudine in ināq̄so. s. huius mūdi qui p̄fecto  
est sine aqua ḡre que aiām saluet. Sc̄da ē  
fides mortua que q̄dem illozū est. qui intra si-  
num ecclesie catholice sunt: z tamē non sunt  
in charitate. Unde. j. **Loz. xij.** Si habuero  
oēm fidem ita vt montes trāsserā. charitatez  
aut non habuero nihil sum. s. q̄tum ad esse  
gratūm q̄uis esse retineam nāle. Tertia  
in sup̄ est fides viua quā. s. informat charitatē  
dei. De qua dicit ad heb. xj. Sine fide im-  
possibile est placere deo. **Ad** verbum potest  
esse aliud thema. Et q̄ verbo manifesti parz  
q̄ oēs quicūq̄ sunt in fide errornea sicut sara-  
ceni heretici z sic de alijs. in sup̄ oēs qui licet  
sint in ecclesie catholice sinu z absq̄ charita-  
te discedūt in eternū p̄ditant. quia non p̄ti-  
cipando charitatē dei que est fons oīs boni-  
tatis mali verissime dici possunt. De quibus  
d̄ns in verbo dicto ait. **Ab**alos male perdet  
Sūt nempe pleriq̄ errornei a sua cecitate de-  
cepti. qui occasione diuisaz legum atq̄ secta-  
rum siue ex verbis machomet aut alioz er-  
rantū credunt vniūq̄q̄ sua in fide siue se-  
cta saluari. dūmodo eam credat esse bonam  
et a deo vtiq̄ datam. ipsiq̄ placere q̄d facit.  
**Ad**irant tales q̄ hi debeant damnari qui p̄  
deo faciūt quicq̄ faciunt: arbitrātes in his  
se obsequiū prestare deo. z licet male t̄i i grā-  
ter agunt. sicut diūsimodo in ozbem terrarū  
secte z inter christianos etiam multi z multe  
herbarū incantatiōes z alios errores seq̄n-  
tes hec tamen ignorāte simpliciter agāt. **Adi-**  
rantiur q̄ potissime de his q̄ p̄ deo siue p̄p̄**

deum oē supplicū non solū patient. sed vt vi-  
deatur gaudent sustinent. sicut de multis he-  
reticis n̄ris ep̄ibus audiuim⁹ q̄ ignem z alia  
tormentā gaudent susceperūt vtiq̄ p̄pter de-  
um se oia sustinere vel sufferre dicētes z etiā  
in corde sicut credimus h̄ habentes. Sz om-  
nes sup̄ius dicti mali sunt cum extra vnicaz  
et catholicā ecclesiā seu fidem z extra charita-  
tem inueniant: in eternū p̄bunt sicut dictus  
est teste ap̄lo. j. **Loz. xij.** Si tradidero corp⁹  
meum vt ardeam charitatem autēz non ha-  
buero nihil mihi p̄dest. s. ad euadendū p̄di-  
tionē eternam. Ad intelligendū autēz q̄ er-  
ror iste damnabilis est nimis z heresis sum-  
ma z iustissima causa d̄natiōis oium seq̄n-  
tū eam z oium moziētū extra vnicā z ca-  
tholicam fidem z charitatē: triplex obligatio  
ad quam q̄libet obligat ap̄issime mōstrare  
potest. Prima est circūspectiōis. sc̄da cogni-  
tionis: tertia est p̄sideratiōis.

### Articulus prim⁹ d̄ triplici cir- cūspectiōe ad quā q̄libz obligat

**Prima** q̄dem est obligatio circūspectiōis.  
Tres enī circūspectiōes necessarie sunt ad sa-  
lutem: in q̄bus si homo negligēs fuerit mi-  
nime excusat. Prima q̄dem est circūspectio  
p̄uisionis. sc̄da aiādūōis: tertia dep̄candiōis

### De p̄uisione ad quā circa ne- cessaria ad salutem quilibet ob- ligatur. Capitulum. j.

**Prima** q̄dem circūspectio est p̄u-  
isionis. Nemp̄e diligens circūspe-  
ctio requirit p̄uisionē. Si enī vo-  
lens corp̄alit̄ ambulare picula z discrimia ip-  
sius vie p̄uidere nollit. videlicet p̄cipicia of-  
fendicula in insidias crudeles feras. z alia que  
corporeis oculis p̄uidere p̄t. sed magis in-  
considerate clausisq̄ ocul̄ aut auerſa via in-  
cedere vellet: quicq̄d mali hoc est offensionis  
et p̄cipitiū z casus eueniret illi iustissime ipſi  
imputari posset. Poterat enī p̄ se h̄mōi picu-  
la declinare. In eo igit̄ qui p̄ seipsum iminē-  
tia sibi mala in h̄mōi visibili via z nosse z cui-  
tare poterit z non fecit: iustissime atq̄ rectissi-  
me dicit̄ vt sibi imputet si i illa inciderit. Et  
ista est cōis p̄ceptio aioz. Sic est in p̄posito  
de via dei: que vtiq̄ fides catholica est si p̄p̄  
impulsionē pereunt non alteri sed merito si-  
biipſis imputent. De talib⁹ dicitur **Soph. j.**  
Ambulabūt vt ceci: quia d̄no peccauerūt. s.  
non p̄uidendo viam. Similit̄ si quis ire vo-  
lucrit ad aliquem locum ignorans viam que